Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



48

38

Nam sancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata
universalem ecclesiam repraesentans Sacrosanctam ejusdem memoriam cum frequens generalis
Synodus celebratio tamquam agri dominici propria cultura universalem ecclesiam
fructum concernit sed summa cum diligentia intendendum est ut omnes
obstaculis quae tam salubrem in futurum impedire possent accurrere ob
uiantur. Inherendo igitur hac sancta Synodus ordinationi decreti Synodalis Con
stantiensis quod incipit frequens Cupiens ne scandala quae praedecessor diebus
nostris contigerunt futuris temporibus in posterum ecclesiae repullulent Sta
tuit et decernit ut Romanus pontifex qui primus in vinea domini laborare
et alios suo exemplo ad laborandum trahere tenetur ipse vel legatos de
latere aut legatos eligendum vel eligendos de consilio et assensu non au
ticulari ducum prius Cardinalium in Synodis generalibus debeat inter
esse. Necnon omnes et singulae personae ecclesiae quae de jure vel consuetudine
in generalibus Synodis adesse debent dumtaxat ad ipsa generalia concilia tam vi
gore ipsius constitutionis frequens indulta quam hujus futuri Synodi Basiliensis vel
alterius futuri legitime congregati auctoritate indulgenda sine alia monitione venire
personaliter astringantur nisi legitime detineantur impedimento quo casu
personas idoneas in sufficienti mandato destinare teneantur. Quod si ipse
Romanus pontifex et alii praedicti personae hoc facere negligerint a ipsam
Synodum quoquomodo de facto impedire mutare prorogare aut dissolvere quam
dederint et in ipsa quatuor mensis in quali satisfactione non respexerint
Ipse tunc Romanus pontifex appellis et praedictae personae a suarum dignitatum
administrationi ~~ad sacrum Synodum ipso jure devolutae~~ sint ipso facto suspensi
Tunc quidem appellis administrationis ad sacrum Synodum ipso jure devolutis Et
si poenas praedictas pluribus mensibus post dictos quatuor annos sustinuerint
indurato tam contra Romanum pontificem quam praedictas personas usque
ad quatuorennium inclusive per Synodum generalem procedatur

~~Statuit quoque hac sancta Synodus ut non obstante quantiscumque Romani~~
~~pontificis in publicione omnibus cuiusque status et conditionis existant cum~~
~~si sint sancta Romana ecclesia Cardinalis liberum sit ad generalia Con~~
~~cilia profisci Quodque ipse Romanus pontifex ad ipsa Concilia antedi~~
~~cta valentibus et praesertim praedictis Cardinalibus licentiam si petierint~~
~~impartiri teneatur~~ Declarat quoque hac sancta Synodus verba illa
videlicet nullatenus prorogetur in dicto decreto posita ita prohibitive
intelligi ut ejusdem per ipsam prorogari non possit Quodque concilium
actu congregatum dissolvi aut deferri ad locum mutari sine ipsius
Concilii expresso consensu per Romanum pontificem nullatenus possit